



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio prima. Vtrum matrimonium indigeat aliquibus bonus
excusantibus ipsum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de
gerauctoritatem Gregorii qui dicit, quod accedens ad
vxorem debet ab ingressu ecclesie abstinere, quia volun-
tas quae est in ipsa coniunctione carnali sine culpa non est.
Et responderet Magister qd hoc intelligendum est quando
ad vxorem accedit incontinentia causa, vel quia vix sine
incontinentia acceditur.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum matronum indigeat aliquibus
bonis excusantibus ipsum.

Circa distinctionem istam primo queritur, vtrum ma-
tronum indigeat aliquibus bonis excusantibus
ipsum. Et videtur qd non, quia matrimonium institutum
est in officium naturæ & in remedium concupiscentiæ,
sed secundum quod est in officium naturæ non indiget
aliquo excusante: sic enim fuisse in paradiſo durante ita-
tu innocètia quando fuissent nuptiæ honorabiles & tho-
rus immaculatus secundum Aug. nec secundum qd est in
remedium indiger excusatione, iuris nec alia sacramenta
qua sunt in remedium peccati instituta, ergo &c.

2. Item sicut intentio naturæ est ad conseruationem in-
diuidui, ita ad conseruationem speciei, sed actus quo con-
seruat aliquod indiuiduum non indiget aliquo excus-
ante, vt comedere, ergo actus matrimonii quo conserua-
tur species non indiget excusari.

3 IN contrarium est: quia omne quod est malum vel
habet speciem mali indiger excusatione ad hoc vt liceat
posit fieri, sed omnis actus carnalis vel est malus vel spe-
ciam habet mali, cum omnes huiusmodi actus sint viuis
rationis in genere naturæ, ergo ad hoc vt liceat possit fie-
ti indiger aliquo excusante.

4 R E S P O N S I O. Intelligendū est qd aliquis actus
potest duplicitate excusari. Vno modo ex parte facientis,
& nō ex parte actus, & sic excusat actus qui non impul-
tatur facienti ad culpam, quāvis secundum se sit malus, &
hoc modo aliqua ignorantia excusat facientem à peccato
etia in toto: & de hac excusatione non loquimur nunc,
quia de ea fari dictum est in secundo libro. Alio modo
dicitur excusari actus secundum se, ita quod sit malus, &
de hac nunc querimus. Dicendum ergo qd matrimonium
habet aliquia bona excusantia ipsum. Secundum videndum
est quae sunt illa & quae sunt.

5 Quantum ad primum dicendum est quod actus qui
est de se malus non potest excusari, actus vero qui est de
se bonus nō indiger excusari: sed actus qui est indifferens
excusari potest, & excusatione indiger. Primum pater,
quia actus qui non potest bene fieri non potest excusari
(loquimur enim de totali excusatione actus secundum se,
ita vt sit bonus) sed actus qui est de se malus vt furtum,
vel perjurium non potest bene fieri, ergo non potest ex-
cusari. Secundum pater, quia nihil indiger excusatione
nisi quod est malum vel habet speciem mali, sed actus qui
est de se bonus vt honorare parentes, vel dare elemosynam
indigentib; non est talis, ergo non indiger excusari. Relinquitur ergo tertium, qd actus qui est indifferens ex
genero suo qui potest bene vel male fieri, possit excusari
cum non sit de se malus, ex quo potest bene fieri, &
indigeat excusatione quum habeat speciem mali, pro eo qd
idem secundum speciem naturæ male sit quandog; ea at-
tem que excusat talum actum, si indifferenter sunt circu-
stantiæ finis, & obiecti & huiusmodi, que talem actum tra-
hant ad medium virtutis, cum igitur actus carnalis sit ex
genero suo indifferens, & possit bene & male fieri, relin-
quitur qd ad hoc vt bene fiat oportet qd informetur debiti
circumstantiæ, quod sit per matrimonium, propter quod
bona matrimonii excusant carnalem actum.

6 Quantum ad secundum principale, quae sunt illa
bona, & quot: dicitur communiter quod hac sunt fides,
proles, & sacramentum, quorum numerus & sufficiencia
potest haberi tripliciter. Vno modo sic. Bona que excusant
aliquum actum sunt circumstantiæ que contrahunt ipsu-
sum ad medium rationis, illæ autem sunt quando sit per
debitum finem, & cadit super debitam materiam, & con-
currit conueniens dispositio materia, sicut in artificiali-
bus, culillus sit debito modo fit ad secundum, & sit de materia dura, pura de chalybe, vel ferro, & acci-
pit formam aptam ad secundum, actus autem carnalis

Sancto Porciano

fit propter debitum finem quando fit causa prolis, & ca-
dit super debitam materiam quod quis accedit ad suam,
quod pertinet ad bonum fiduci. Materia etiam est conve-
nienter disposita quando sunt adstricte perpetuo vincu-
lo, vt fuit declaratum supra dist. 2o. & hoc pertinet ad sa-
cramentum, scilicet indiuiduitas coniugum. Bonū enim
sacramenti non accipitur hic sola significatio cōiunctio:
nis Christi & ecclesie, sed indiuiduitas que est in matr-
rimonio consummato, sicut vno Christi & ecclesie quoad
naturam affinitatis fuit indissolubilis, igitur fides, proles,
& sacramentum sunt bona excusantia matrimonii. Secun-
do modo sumitur sic: matrimonii est in officium nature,
vnde ad ipsum natura inclinat, & in fœdus fœderatis hu-
mane, & sic à iure postficio determinationem recipit, & re-
cta ratio ipsum dicitur, & est etiā sacramentum ecclesie,
& sic ius diuinum de matrimonio determinat: quantum ad
primum, bonum matrimonii est proles, quantum ad secu-
dum, fides, quantum ad tertium sacramentum. Tertio mo-
do: in matrimonio est considerare vinculum, vnum, &
fructum: quod primum bonum matrimonii est sacramen-
tum, hoc est, indiuiduitas, quoad secundum fides, & quo-
ad tertium proles.

7 Ad primū arg dicendum quod actus carnalis secun-
dum quod est in officium naturæ excusatione indiger,
cum indifferenter se habeat ad actum matrimonii & for-
mariorum, excusat autem per circumstantias que tra-
hant est ad hoc qd sit actus matrimonii, & illæ circumstan-
tiæ sunt bona fidei, prolis, & sacramenti, quibus actus car-
nalis etiam tempore innocentiae redditus fuisse bonus:
quod autem non dicatur pro tempore illo indiguisse ex-
cusatione, pro tanto est, quia durante statu illo non erat
possibile actum carnalem illis circumstantiis carere sicut
modo.

8 Ad secundum dicendum qd actus comeditionis quo
conseruat indiuidui indiger debitis circumstantiis qui
bus redditor bónus, sed non adeo vt actus generationis;
quia nō est tam vehemens delectatio aforbans rationem
in comedendo sicut est in actu corporali, & ideo hic actus
magis indiger excusari quam aliud &c.

QVÆSTIO SECUNDĀ.

Vtrum prædicta bona sint de necessitate
sacramenti matrimonii.

Secundo queritur, vtrum prædicta bona sint de nec-
essitate sacramenti matrimonii. Et videtur qd sic, quia aut
bona sunt essentia matrimonii. Et videtur qd sic, quia aut
habet proprium, si non, contra, conditio apposita contra
accidentia contractus non vitiat contractum, sed conditio
apposita in matrimonio contra quodlibet prædictorum
vitiat matrimonium, ergo prædicta non sunt accidentia:
lia bona matrimonii, sed essentia.

2 Item illud sine quo matrimonium non est bonum,
est de essentia matrimonii, eō qd nullum verum matrimo-
nium potest esse malum (vt habetur ab Augustino in lite
ra) sed sine illis bonis matrimonium non est bonum, sed
malum, quia malum est priuatio boni debiti inesse: hac
autem bona debent esse in matrimonio, ergo videtur qd
hæc sunt essentia matrimonii.

3 IN contrarium est, quia inter infideles, & steriles, &
adulteros est veri matrimonium, sed in matrimonio ini-
delium non est sacramentum, in matrimonio steriliū
non est proles, in matrimonio adulterorum nō est fides,
ergo sine illis potest esse verum matrimonium: illa ergo
non sunt essentia matrimonio.

4 R E S P O N S I O. Videnda sunt duo. Primum est,
qualiter hæc bona sunt matrimonio essentia.

Secundū etiam est, quod eorum sit principalius.
5 Quantum ad primum secundum est quod duo ho-
rum, scilicet bonum fidei & prolis, possunt duplicitate ac-
cipi, scilicet secundum exequationem, vel secundum obli-
gationem: si secundum exequationem, sic nō sunt essentia:
lia matrimonio. Cuius ratio est, quia illud quod copit
matrimonio ratione actus solū non est ei essentiale: actus
enim matrimonii posterior est matrimonio, posteriora
autē nō sunt essentia prioribus, sed bonū fidei & prolis
acep